

Psalmus

sum dulce est. Numquid pluviā accusat qui
spinās genuerit? Non erit pluviā illa testē
in iudicio dei et dicet: Ego dulcis sup oīa
veni? Tu ḡ quid p̄feras vide: ut quid nbi
paret attēdas. Profers frumentū borren
spera: p̄fers spinas ignē spera: sed nōdum
venit: aut tempus borrei: aut temip⁹ ignis.
Qdō ergo paret et non timebit. In nomine
christi et q̄ loqmur viuit⁹: et quib⁹ loqmur
viuitis. Numquid p̄silij corrigēdi et mutāde
vite male i bonā: nō est loc⁹: nō est temp⁹?
Non si vis hodie fit? Non si vis mō fit?
Quid emptur⁹ es ut facias? Que simpla
sia quesitur⁹ es? Ad quos indos nauigatu
rus? Quā nauī p̄pat⁹? Ecce cū loquor:
muta cor: et factū est qđ tam sepe et tamdiu
clamat ut fiat: et quod eternā penā p̄turit si
non fiat.

Explicit Tractatus de ps. LXIII.

Incipit Tractatus de ps. LXIII.

Habnoscēda est vox sancte p̄phetie
a ex ipso titulo psalmi hui⁹. Inscripti
tur: In fine psalmus David
cantici Hieremie et Ezechielis ex
populo trāsmigratiois cui incipe
ret exire. Res quēadmodū gesta sit ap̄s
patres n̄ros. q̄e trāsmigratiois babylonie:
nō omnib⁹ notū est: sed his q̄ scripturas sa
ctas diligēter aduertūt: vel audiēdo velle
gendo. Captiuat⁹ est eñ p̄plus Isrl ex ciui
tate hierlm̄: duct⁹ ē in seruitutē babylonie.
Prophetauit at hieremias sanct⁹ post se
ptuagita ānos reditūz p̄pli d̄ captiuitate
et instauraturū ciuitatē ipaz hierlm̄: quā de
uictā ab hostib⁹ plāxerat. Illo autē tpe sue
rūt p̄be i illa captiuitate p̄pli p̄stituti i ba
bylonia: inf q̄s erat sanct⁹ Ezechiel p̄pha.
Expectabat autē ille p̄plus donec impleret
t̄p̄ septuaginta annoz fm̄ p̄phetiā Hiere
mie. Factū ē: cōpletis septuagita annis resti
tutū ē templū qđ delectū erat: et regressa est
de captiuitate magna ps illi⁹ p̄pli. Sed qm̄
dic aplus: h̄ in figura cōtingebat illis: scri
pta s̄t autē p̄pter nos in q̄s finis seculoꝝ ob
uenit. Debem⁹ et nos nosse p̄bus captiuita
tē nostrā: deinde liberationē nostrā: debe
m⁹ nosse babyloniam in qua captui sum⁹: et
hierlm̄ ad cui⁹ reditū suspiram⁹. Iste q̄p̄e
due ciuitates fm̄ litterā reuera due ciuita
tes: et illa qđē hierlm̄ mō a iudeis nō icoli
tur. Post crucifixū eñ dñm vindicatū ē in
illos flagello magno: et eradiciati ab eo lo
co: vbi impia libertate furiosi aduersi⁹ me
dicū insaniarāt. Bisq̄si sunt p̄ oēs gentes et

LXIII.

data est illa fra christianis: impletūz ē qđ
de his p̄dixerat dñs: Propterea auferet a
vobis regnū: et dabit genti faciēti iusticiā.
Lū autē viderēt tūc multas turbas ire post
dñm p̄dicatē regnū celoz et mirabilia fac
ētē: dixerūt p̄ncipes illi⁹ ciuitatē. Si dimise
rim⁹ eū: oēs ibūt p̄ illū: et veniet romani et
tollēt nob̄ et locū et gentē. Ille locū p̄deret
dñm occiderūt: et ideo p̄diderūt: qđ occi
derūt. Ciuitas ḡ illa quedā frena: cuiusdā
ciuitatis eterne in celis vmbra gerebat. At
vbi cepit illa q̄ significabat euident⁹ p̄dica
ri: vmbra q̄ significabat delecta ē: p̄ptere
ibi mō templū nō est: qđ fabricatū fuerat i
imagine futuri corporis dñi. Tenebræ
vmbra trāsivit: tñ adbuc i qđā captiuitate
sum⁹. Qđ diu sum⁹ ait apls i corpe pegrina
mur a dño. Et vide nomia duarū istaz ci
uitatū: babylon et hierlm̄. Babylon cōfu
sio interptat: hierusalē visio pacis. Inten
dite nūc ciuitatē cōfusionis: ut intelligatis
visionē pacis: istā toleret: ad illā suspiret.
Vñ dinosci possunt iste due ciuitates: nō
quid possum⁹ eas modo separare ab iniuce?
Permitte sūt et ab ipso exordio generis hu
mani: pmixte currūt vscz i fine seculi. Hie
rusalē accepit exordiū p̄ Abel: Babylon p̄
Layn. Edificia quippe vrbū postea facta
sunt: illa hierlm̄ i terra hiebuzeoꝝ: naz p̄io
hieb⁹ dicebat: inde gens hiebuseoꝝ eiecta
ē: qñ p̄plus dei liberatus de egypto: intro
ductus est in terram p̄missionis. Baby
lon autez cōdita i intumis p̄sidis regionib⁹
que diuturno tpe caput extulit sup ceteras
gentes. Bue ergo iste v̄bes certis tēpori
bus cōdute sūt: ut manifestaret figura dua
rum ciuitatū olim ceptarū: et vscz i fine
in isto seculo māsurarū: sed in fine sep
darum. Unde ergo possumus eas mō ostē
dere que pmixte sunt: Ostēdet tūc dñs cū
alios ponet ad dexterā: alios ad sinistrā.
Hierusalem ad dexteram erit: babylon ad
sinistrā. Hierusalē auditura est: Tene
būndicti p̄ris mei: p̄cipite regnum qđ vobis
paratū est ab origine mūdi. Babylon au
ditura ē: Ite in ignē eternū q̄ p̄atus est dia
bolo et angel' ei⁹. Possum⁹ tñ et aliqd affer
re quātū dñs donat: vnde distinguant p̄s
fideles etiā hoc tempore ciues hierusalem
a ciuibus babylonie. Buas istas ciuita
tes faciunt duo amores. Hierusalem facit
amor dei: babyloniam facit amor seculi.
Interroget ergo se quisq̄ quid amet: et in
ueniet vnde sit ciuis: et si se inuenient ciueꝝ

¶ Psalmus

babylonie: extirpet cupiditatē: plantet caritatē. Si aut̄ se iuenerit ciuē hierlm̄: toleret captiuitatem: speret libertatem. **M**ulti em̄ ciues sancte matris hierlm̄ cupiditatib⁹ babylonie corrupti tenebant: et ipa corruptione cupiditatū tanq̄ ciues inde facti erāt et multi adhuc ita sunt: et multi post nos in hac terra futuri ita ersh̄: sed nouit dñs conditor hierusalē quos ciues eius p̄destriaue rit: quos viderit adhuc sub dñatu diaboli redimēdos sanguine christi: nouit illos ipse anteq̄ se ipi nouerit. Sub hac ḡ figura cātāt b̄ psalm⁹: in cui⁹ titulo positi sunt etiam duo pp̄be qui illo tpe i captiuitate fuerūt: Hieremias et Ezechiel: et cantat qdā cū inciperet exire. **I**ncepit exire q̄ icipit amare. Exeūt em̄ multi latēter: et exeūtū pedes s̄ cordis affect⁹. Exeūt at d̄ babylōla. Quid ē de babylonia: Be cōfusioē. Quō exitur de babylone: id est de cōfusione: Qui prio cōfusi erant siliibus cupiditatib⁹: incipiunt caritate distingui. Iam distincti nō sunt cōfusi: et si adhuc corpore pmixti sunt: desiderio tamē sancto discernunt: et ppter pmixti. onē corporalez nō dñm exierūt: ppter affe ctū cordis exire ceperunt. Iam ḡ audiam⁹ fratres: audiam⁹ et cantem⁹ et desideremus vñi ciues sum⁹. Et q̄ gaudia cātant nobis: Quō in nobis reformaē amor ciuitatis no stre: q̄ diuturna pegrinatione oblitū fuerām⁹: Sed misit inde ad nos ep̄las p̄f nr̄: ministravit nobis scripturas de⁹: quib⁹ ep̄lis fieret in nobis redeūdi desideriū: q̄ pegrinationē nostrā diligēdo ad hostes faciem posueramus: et dorsum ad patriā. Quid ḡ bic cantat:

Expositio psalmi.

Edecet hymnus de⁹ i syon. Patria illa est syon: ipa ē hierlm̄ q̄ syon: et hui⁹ nomis interpretatōne nosse debetis. Sicut hierlm̄ interpretat vi sio pacis: ita syon speculatio: id est visio et cōtemplatio. Nescio qd̄ nobis magnū spe ctaculū pmittit: et hoc ip̄e deus ē qui codi dit ciuitatē. Pulchra et decora ciuitas: q̄ pulchriorē habet p̄dutorē. **E**decet hymnus deus inqt. Sed ubi: In syon: in baby lone nō decet. Eteni qsl̄ cū cepit inouari iam corde: in hierlm̄ cantat: dicēte apostolo: Cōuersatio nr̄a in celis est. In carne. n. ambulātes inqt nō fm carnē militam⁹. Iā desiderio ibi sum⁹: iā spem in illā terraz q̄si anchorā pmisimus: ne in isto mari turbati naufragarem⁹. Quēadmodū ḡ de naui q̄ i

LXIII.

anchoris ē recte dicim⁹ q̄ iā i fra sit: adhuc eñ fluctuat: sed i terra quodām̄ educata ē cōtra ventos: et cōtra tēpestates: sic contra tēptatiōes hui⁹ pegrinatiōis nr̄e: spes nr̄a fundata in illa ciuitate hierlm̄ facit nos nō abrapi in saxa. Qui ergo fm bāc spem canat: ibi cātat. Ergo dicat: Le decet hymn⁹ de⁹ i syon. In syon: si in babylone. Sz mō ibies adhuc i babylone. Ibi inqt sū. Amator iste et ciuis iste ibi sunt: sed carne nō cor de. Cū aut̄ duo quedā dixerum: q̄ ibi sunt carne non corde: vnde canto nō ibi. Non enim carne canto: sed corde. Carnem qui tem sonantem audiunt et ciues babylonie: cordis aut̄ sonum audit conditor hierlm̄. **E**hi dicit apl̄us exhortāt ipsos ciues ad amatoria quedā cātica et desideria redeūdi ad illā pulcherrimā ciuitatē visionem pa cīs: cantātes inqt et psallētes in cordib⁹ ve stris dñio. Quid est cātātes in cordib⁹ ve stris: He unde cātētis vnde estis in babylonia: s̄ inde cātētē vnde sursū habitatis. Er go te decet hymn⁹ deus in syon. In syon te decet hymn⁹: nō in babylonia. Qui can tat i babylonia ciues babylonie: enā hym nū dei nō decēter cātāt. Audi vocē scriptu re: Hō est speciosa laus in ore peccatoris. Le decet hymnus deus in syon. Et tibi reddet votū in hierusalē. **H**ic vou emus et bonū est vt ibi reddam⁹. Qui aut̄ hic voulēt et nō reddit: Qui nō p̄seuerant vsl̄ in finē in eo qd̄ voverit. **E**hi dicit ali⁹ psalmus: Vouete et reddite dñio deo v̄ro. Et tibi reddet votū in hierlm̄. Ibi eñ cri mus toti: id est integri in resurrectōe iusti rū: ibi reddet votū totū nostrū: nō sola ani ma: sed etiā ipa caro iam nō corruptibilis: q̄ iā nō in babylonia: sed etiā i corp⁹ cele ste immutati. Qualis mutatio pmittitur: Omnes em̄ resurgem⁹ ait apl̄us: s̄ nō oēs imutabimur. Qui aut̄ imutabunt: ip̄e di xit: In ictu oculi in nouissima tuba. Canet em̄ tuba et mortui resurget incorrupti: id ē integri: et nos imutabimur. Qualis autem erit illa mutatio: Sequit̄ et dīc: Oportet. n. corruptibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere imortalitatē. Cū aut̄ corruptibile hoc induerit incorruptionē: et mortale hoc induerit imortalitatē: tūc s̄ et sermo q̄ scriptus ē: Absorpta est mors i victoria. Ibi ē mors aculeus tu⁹: Modo em̄ inchoatis in nobis p̄mitis mentis vñ desideram⁹ hierusalē: multa ex carne corruptibili cōtendit aduersum nos: q̄ nō cō

Psalmus

tendet cuz fuerit mors absorpta i victoria.
Vincet par et finiet bellum. Non autem vincet
par: vincet et illa ciuitas quod dicit: visio pacis.
Nulla ergo erit a morte contencio. Modo cuz
morte quam contenditur? Inde sunt enim de
lectationes carnales: que etiam nobis licite
multe suggeruntur: quibus non consentientibus:
sed tamen non sentiendum. Propter ergo occupi
scientia carnis sequentes durit nos: postea
renitentes traxit nos: deinde accepta gratia
cepit nos: nec ducere: nec trahere: sed ad
hunc contendere nobiscum post contencionem erit
et victoria. Modo te et si oppugnat: non ex
pugnet: postea cum absorpta fuerit mors i vi
ctoria et pugnare cessabit. Quid dictum est?
Mouissima unumca destruet mors. Reddā
votū meū. Quod votū? Quasi holocau
stum. Holocaustū enim tuū dicit: quoniam totum
ignis assumit. Holocaustū sacrificium est: ubi
totū consumuntur. Holon enim totū dicit: causis
incensio. Holocaustū totū incensio. Arripiat
ergo nos ignis: ignis diuinus in hierusalem. In
cipiamus ardere caritate donec totū mor
tale consumatur: et quod non sicut eat i sacrificium
domini. Esi alibi dicitur: Benigne fac domine i bona
voluntate tua syon ut edificetur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iusticie obla
tiones et holocausta. Le decet hymnus de
in syon: et tibi reddet votū in hierusalem. Que
rimus hunc forte rex nobis ipius ciuitatis con
mendetur dominus et salvator noster Iesus christus.
Cantemus ergo donec ad evidentera puenia
mus. Possem enim iam dicere ipsum esse cui dicitur:
Le decet hymnus deus in syon: et tibi
reddet votū in hierusalem. Sed si dicerem: mihi
potius quod scripture crederet: et ido forte non
mihi crederet. Audiam sequentia. Ex
audi: inquit: orationē meā: ad te ois
caro veniet. Et habemus dominum dicente:
datā tibi potestate ois carnis. Cepit ergo ap
parere iam rex ille cum diceret: Ad te ois caro
veniet. Ad te inquit ois caro veniet. Quare
ad illum ois caro veniet. Quia carnē assum
psit: quo veniat ois caro. Tunc inde pmi
tias ex vetero virginali. Assumptis primi
tias: cetera cōsequuntur ut holocaustū com
pleatur. Ende ergo omnis caro: Ois homo.
Et unde ois homo? Numquid omnes crediti
turi pronunciati sunt in christū? Nonne multi
impie quod etiā dānabunt? Nonne quotidie multi
non credentes in sua infidelitate moriuntur?
Ecclī quid ergo intelligimus: ad te omnis
caro veniet. Omnis caro dixit: omnis ge
neris caro. Ex omni genere carnis: veniet

LXIII.

ad te. Quid est ex omni genere carnis? Num
quid venerūt pauperes: et non venerūt diui
tes? Numquid venerūt huius: et non venerūt
sublimes? Numquid venerūt docti: et non ve
nerūt indocti? Numquid venerūt viri: et non
venerūt semies? Numquid venerūt dñi: et non
venerūt serui? Numquid venerūt senes: et non
venerūt iuvenes? Aut venerūt iuvenes: et
non venerūt adolescentes? Aut venerūt ado
lescentes: et non venerūt pueri? Aut venerūt
pueri: et non allati sunt infantes? Postremo
numquid venerūt iudei (nam inde erant apli:
inde multa nulla pmo tradentū: postea cre
dentiū) et non venerūt greci? Aut venerunt
greci: et non venerūt romani? Aut venerunt
romani: et non venerūt barbari? Et quod num
ret oīs gentes venientes ad eū: cui dictum est:
Ad te oīs caro veniet. Exaudi orationē meā
ad te oīs caro veniet. ^{Alia līta.} Germiones ini
quoꝝ p̄ualuerūt sup nos: et impi
tates nostras tu p̄petaberis. Quid
est sermones iniquoꝝ p̄ualuerūt sup nos et
impietatibus nr̄is tu p̄petaberis? Quid natu
sumus i hac terra: iniquos inuenimus: quod lo
quētes audiūmus. Si possim explicare quod
sentio: adiuuet me intētio caritatis vestre.
Omnis homo vbiq; nascit: ipsius terre
vel regionis vel ciuitatis linguaꝝ discit: il
lius imbuīt moribus et vita. Quid faceret
puer natus inter paganos: ut non coleret la
pidē: quod illū cultū insinuauerūt parentes?
Inde p̄ma verba audīvit: illū errorē cum
lacte luxit: Et quod illū quod loquebantur maiores
erāt: et puer qui loqui discebat infans erat:
vñ poterat paruulū nisi maiorū auctoritatē
sequebatur: et id sibi bonū ducē quod illū laudaret.
Ergo gentes cōuerse ad christū: postea re
cordātes impietates parētū suōꝝ: et dicen
tes iam quod dixit p̄pha ipse Hieremias: Vtere
mēdaciū coluerūt patres nr̄i: vanitatem que
eis non p̄fuit. Eū ergo iam dicūt renūciāt op
nionibꝝ et sacrilegis parētū suōꝝ iniquoꝝ.
Sed quod ut insererent talibꝝ opinioibꝝ et sa
crilegis: p̄suasiones fecerūt eorū: quod quāto
estate p̄cedebāt: tanto auctoritate p̄cedere
debere putabant: cōfitebāt iam redire volēs
ad hierusalem babyloniam et dicit: Germiones
impietū p̄ualuerūt aduersus nos: duxerūt
nos mala docētes: Lues babylonie nos se
cerūt: dimisim⁹ creatorē: adorauim⁹ crea
turā: dimisim⁹ eū a quo facti sum⁹: adora
uius qđ ipi fecimus. Germiones enim inq
rū p̄ualuerūt sup nos: sed non tamen opp̄serūt
nos. Quare: Impietates nr̄as tu p̄petia
^{Verba.}
^{impietatibꝝ}
^{nostris.}

Psalmus

beris. Intendat caritas vestra: Propitiaberis impietas vras non dicitur nisi cuidam sacerdoti offerenti aliquid: unde impietas expiat et propitiatur. Impietas enim tunc dicuntur propitiari: cuius propitius sit deus impietati. Quid est fieri deum impietati propitiari? Id est ignoroscere: et veniant dantem. Sed ut dei venia impetraretur: propitiatione sit per aliquod sacrificium. Extulit ergo a deo domino missus quidam sacerdos noster: Assumpsit a nobis quod offerret dominus: ipsas diximus sanctas propitiatas carnis ex vetero virginis. Hoc holocaustum obtulit deo: extedit manus in cruce ut diceret: Virga oboe mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vesperinum. Sicut nostis: quod dominus circa vesperam peregit in cruce: et impietas nostra propitiata sunt: alioquin absorberent nos. Sermones iniquorum pualuerunt super nos: duxerant nos predicatores iouis: et saturni: et mercurij. Sermones iniquorum pualuerunt super nos. Sed quod facies? Impietates nostras tu propitiaberis. Tu sacerdos: tu victimam: tu oblator: tu oblationis. Ipse sacerdos est qui nunc ingressus est interiora veli. sol ibi ex his quod carnem gestauerunt interpellat per nos. In cuius rei figura in illo primo populo: et in illo primo templo: unus sacerdos intrabat in sanctas sanctoꝝ: populorum oīs foris stabant. Et ille qui sol ingressus est interiora veli: offerebat sacrificium pro populo foris stante. Si intelligas bene spūmū viuificat: si non intelligas lira occidit. Non cum legere aplūs audistis: littera occidit: spiritus autem viuificat. Quid enim ageret in illo populo iudei nescierunt: sed nec modo sciunt. Beatus quippe dictus est: Quidam legis Moyses: relame supra cor eorum positum est. Ibi velame figura est: sed tollet figura: et apparebit veritas in eiuspīs. Sed quoniam tollet velame: Audi apostolum: Num aūt trāscunt ad dominum: quod dicitur legūt Moysen velame habet super cor. Ad hoc sacramētū fulgebat: tunc facies Moysi: ita ut non possint intendere filii israel in faciem eius. Audistis modo cum legeret: et velame erat inter faciem Moysi loquētis: et postea audentē vba. Per velame vba audiebat: facie non videbat. Et quod ait aplūs: Ita ut non possint intendere filii israel in faciem Moysi. Non intendebat inquit: vobis in fine: Quid est vobis in fine? Vobis quo intelligeretur christus. Dicit quippe aplūs: Finis enim legis christus ad iusticiam omni credenti. Et quidam splendor in facie Moysi: tanquam in facie carnali et mortali. Aliquid diuturnum aut eternum esse posset?

LXIII.

Morte non succedete profecto auferet. Splendor autem glorie beati domini nostri Iesu christi semper est. Sed illud figura erat temporalis. Hoc autem quod illa figura significabat: legunt itaque et non intelligunt christum: non producunt intentionem vestrum in fine: quod velut oppositum negat ei aspectum splendoris interioris. Et vide ibi sub velo christum: Ait ipse dominus noster Jesus christus: Si crederetis Moysi: crederetis et mihi. de me enim ille scripsit: Propitiatus autem peccatum nostrum et impietatum: Per illud sacrificium vestrum transiuntem ad dominum ut auferat velamen: propterea et domino crucifixo velut templi scissum est. Exaudi orationem meam: ad te oīs caro veniet. Sermones iniquorum pualuerunt super nos: et impietas nostras tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti: Quis est electus ab eo: et assumptus ab eo: Et assumptus est aliquis electus a salvatore domino nostro Iesu christo. An ipse fons carnem quod homo est: electus et assumptus est: Ut tanquam verbo dei dicatur: quod erat in principio: sic dicit euāgelistā: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: quod ipse est filius dei: verbum dei: de quod etiam dicit: Quia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil: ut illi dicatur: filius dei: quod ipse est sacerdos noster: postea carne assumpta: Beatus quem elegisti et assumpsisti: id est ille homo qui induit est qui cepit ex ipso: nam ex semina: templum quodammodo illius qui semper in eternum est: et in eternum fuit. An potius ipse christus assumpsit quedam beatum: et non dicit ipse quem assumpsit quodam pluri numero: sed in singulari: Unum enim assumit: quod unitate assumit: scismata non assumit: hereses non assumit: multitudinem de se fecerunt: non est unum qui assumit. Qui autem manent in copage christi: et membra eius sunt: faciunt quodammodo unum virum: de quo dicit aplūs: Bone occurram omnem in agnatione filij eius in virum perfectum in mensurā etatis plenitudinis christi. Itaque unus vir assumit cui caput est christus: quod caput viri christi est. Ipse est ille beatus vir qui non abiit in posterio impiorum: et cetera qui ibi dicuntur. Ipse est qui assumit: non est extra nos: in ipso membris sumus: sub uno capite regimur: uno spiritu oīs vivimus: unā patriā oīs desideramus. Videamus ergo quod ad christum dicatur: utrum ad nos pertineat: et de nobis dicatur. Interrogemus conscientias nostras: amore illius pscrutemur: et si adhuc parvus es: et non natus amor iste: forte enim non in aliquo germinauit: diligenter extuperat iuxta germinantes spinas: id est curas seculares: ne

Psalmus

erescendo sanctū germe offocent. Beatus quē elegisti et assumpstū: in illo sim⁹ et assūmemur: in illo sim⁹ et electi erim⁹. Et qđ nobis dabit: Inhabitabit: inq̄t: i atrīs tuis. Hierlm illa ē cui cantat qui incipit exire de babylonia: Inhabitabit in atrīs tuis. Replebitur i bonis dom⁹ tue. Que sunt bona dom⁹ dei: frēs p̄stitua mus nobis aliquā domū diuite: quātis bonis resecta sit: q̄ copiosa sit: vasa q̄ multa ibi aurea: s̄ et argētea: q̄ntū familie: quātū iūmetor⁹ et aīaliū: ip̄a deniq̄z dom⁹ q̄ dele ctat picturis: marmore: laq̄arib⁹: colūnis: spachis: cubilib⁹: et desiderāt talia: s̄ adhuc ex cōfusione babylonia. Amputa oia ista desideria o ciuis hierlm: amputa si vis redire: nō te delectet captiuitas. Sed iam ce pisti exire: noli retro respicere: noli remanē in via. Nō desunt adhuc hostes q̄ tibi per suadeāt captiuitatē et pegrinationē. Iā nō pualeāt sup te sermones iniquorū. Bonū dei desidera: et bona ei⁹ dom⁹ desidera: sed noli talia q̄lia desiderare soles vel in domo tua: vel in domo vicini tui: vel in domo patroni tui: aliud quidē est bonū domus illi⁹. Quid opus est vt nos dicamus q̄ sint bona illi⁹ dom⁹? Ip̄e indicet q̄ cantat exiens d̄ babylonia. Replebitur inq̄t i bonis domus tue. Que sunt bona ista: Exixeram⁹ fortasse cor ad aurū: ad argentum: et cetera p̄iosa. Noli talia querere: ista p̄munt non leuant. Hic q̄ iam bona illa hierusalē: bona domus dñi: bona illa tēpli dñi meditemur: q̄ q̄ domus dñi: hoc ip̄m temolū dñi. Replebitur in bonis dom⁹ tue. Sanctū est templū tuū mirabile in iusticia. Ista sunt bona dom⁹ illi⁹. Nō dixit: templū sanctū tuū mirabile in colūnis: mirabile in marmorib⁹: mirabile in tectis auratis: sed mirabile in iusticia. Habes foris oculos vñ videoas marmora et aurū: intus est oculus vnde videoāt pulchritudo iusticie. Si nulla est pulchritudo iusticie: vñ amat iustus senex: Quid affert in corpe qđ oculos delectet: Lurua mēbra: frontē rugatā: caput canis albatū: imbecillitatē vndiq̄s q̄relis plenā. Sed forte q̄ tuos oculos non delectat senex iste decrepitus: aures tuas delectat. Quib⁹ vocib⁹: Quo cātu: Et si forte adolescēs bñ cātauit: oia cum etate defecerūt. An forte son⁹ verboꝝ ei⁹ delectat aures tuas: q̄ v̄ba vix plene nūciat lapsis dentib⁹: Tū si iustus ē: si alienū nō cōcupiscit: si de suo qđ habet erogat indigentibus: si bene

LXIII.

monet et rectū sapit: integrū credit: si patus est p̄ fidei veritatis etiā ipa cōfracta mēbra impēdere. Nō multi em̄ martyres etiā senes: vñ illū amam⁹. Quid in eo bonū videm⁹ oculū carnis libel. Quedā q̄ e pulchritudo iusticie quā videm⁹ oculo cordis: et amām⁹: et exardescim⁹. Nō multū dilexerūt homines in ip̄is martyrib⁹: cū eoz mēbra bestie lanuaret. Nōne cū sanguis sedaret oia: cū morsib⁹ beluinis viscera funderent: nō habebāt oculi nisi qđ horrerente. Quid ibi erat qđ amaret: nisi q̄ erat i illa feditate lanator⁹ mēbroꝝ integra pulchritudo iusticie. Ista sunt bona domus dei: his te para satiari. Sed vt inde satieris cū pueris: h̄te oportet esurire et sitiūr cū pegrinaris: hoc siti: hoc esuri: q̄ ip̄a erunt bona dei. Audi illū regē cui ista dicunt: q̄ venit vt te redūcat: et se tibi fecit viā. Quid dicit: Beati q̄ esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ip̄i saturabunt. Sanctū templū tuū admirabile in iusticia. Et ip̄m templū fratres nolite p̄ter vos cogitare. Amate iusticiā et vos estis templū dei. Exaudi nos de⁹ saluator noster. Apparuit mō quē deū dicat. Saluator p̄prie dñs Jesus christus: apparuit mō aptius de quo dixerat: Ad te ois caro veniet. Exaudi nos de⁹ saluator noster. Ille vñus vir q̄ assumūt i templū dei et plures sē et vñ⁹ ē. Ex vñ⁹ ḡsona dixit: exaudi oīonē meā: et q̄ ip̄e vñ⁹ ex plurib⁹ cōstat: mō ait: Exaudi nos de⁹ saluator noster. Audi illū iā aptius p̄dicari. Exaudi nos deus saluator noster. Spes omniū finiū terre et in mari longe. Ecce vñ dictū est: Ad te ois caro veniet. Undiq̄ venit. Spes oīm finiū terre: non spes vñ⁹ anguli: nō spes soliū iudee: nō spes soliū Africe: nō spes Pānonie: nō spes orientis aut occidentis: si spes omniū finiū ē: et i mari longe. Ip̄oꝝ finiū terre et in mari longe: et q̄ in mari īdō longe. Nō habet em̄ i figura dicūt seculū h̄ salitatem amarū: p̄cellis turbulentū: vbi homines cupiditatib⁹ p̄uersis et prauis: facti sūt velut pisces inuicē se deuorātes. Attēdite mare malū: mare amarū: fluctib⁹ seuū: at tēdite qualib⁹ homib⁹ plenū sit. Quis operat hereditatē: nisi morte alteri⁹: Quis operat lucrū: nisi damno alteri⁹: Nō multi alioꝝ defectiōe: cupūt sublimari. Nō multi vt emāt: optāt alios vendere res suās: Quō se inuicē opprimunt: et q̄ possunt deuorant. Et cū deuorauerit vñ⁹ p̄scī maior minorē: deuorat et ip̄e a maiore. O p̄scī male: pre

Psalms

dam vis de paruo: preda efficeris magno.
Quotidie ista veniunt: ante nos sunt: vi-
tem illa: horream illa. Non illa agamus
fratres: quod spes ille finiu terre. Ille si non eet
spes: tu in mari longe: non diceret discipulis
suis: faciat vos pescatores hominu. Nam in
mari capti per retia fidei: gaudemus nos ibi
natare adhuc infra retia: quod adhuc mare h-
scuit pcellis: sed retia quod nos ceperunt perdur-
cent ad littus. Littus est finis maris. Ergo
quontio in fine seculi: Interit infra ipsa retia
fratres boni vivam: non retia rumpentes fo-
ris exeam. Multi enim ruperunt retia et scis-
mata fecerunt et foras exierunt: quia malos
pisces intra retia captos se nolle tolerare
dixerunt: ipsi mali facti sunt potius: quam illi
quod non se non potuisse tolerare dixerunt. Ma-
nam illa retia ceperunt pisces et bonos et ma-
los. Dominus dicit: Simile est regnum ce-
lorum sagene misse in mare: que congregat
ex omni genere: quam cum impleta esset edu-
cetes: et secus littus sedentes elegerunt bonos i
vasa: malos autem foras miserunt. Sic erit in-
quit in summatione seculi. Unde littus: ondit
fine maris. Exibit angeli: et separabunt ma-
los de medio iustorum: et mutent eos in cami-
num ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Eia
cives hierusalem qui infra retia estis: et pisces
boni estis: tolerate malos: retia nolite rum-
pere: cum illis estis in mari: non cum illis eritis i
vasis. Spes enim ille finiu terre: ipse spes est
et in mari longe: longe quod in mari. Pre-
parans montes in fortitudine sua:
non in fortitudine illoꝝ. Preparauit enim
magistros predicatores: et ipso appellauit mo-
tes: humiles in se: excelsos in illo. Preparans
montes in fortitudine sua. Quid dicit unus
ex ipsis montibus: Ipsi in nobis meti ipsi respo-
su mortis habuum: ut non fidet in nobis met
ipsi simus: sed in deo quod suscitat mortuos.
Qui in se fudit: et in christo non fudit: non est de
his montibus quos ille preparat in fortitudi-
ne sua. Preparans montes in fortitudine sua.
Circumcisus in potentatu: Potenta-
tu intelligo: circumcisus quid est: Christus
quem in medio ponunt circumcisus faciunt: id
est undique cinctus: habemus illum omnes co-
muniter: ideo in medio est. **Circumcisimus illum** oes quod credimus in illum: et quod fides nostra non
de viribus nostris: sed de illi potestate est: id cir-
cumcisus in potentatu suo: non nostra fortitu-
dine. Qui conturbas fundum maris.
fecit hoc: videt quid fecerit: parauit enim
montes in fortitudine sua: misit illos predica-

LXIII.

re. Circumcisus est a credentibus in potentatu:
et motu est mare: comotu est seculu: et cepit
prosequi sanctos eius. Circumcisus in poten-
tatu: quod conturbas fundum maris. Non dixit: quod
conturbas mare: sed fundum maris. Fundus
maris est cor impiorum. Sicut enim a fundo ve-
hememus oia mouent: et fundus continet oia:
Sic quicquid processit per linguam: per manus: per po-
testates diuersas: ad persecutionem ecclesie de
fundu processit. Si enim non esset radix iniquita-
tis in corde: non illa oia procederet aduersus
christum. Fundus conturbauit forte: ut et fun-
dum exhauriat. Nam in malis quibusdam ex-
hausit mare a fundo: et posuit mare desertum.
Dicit illud alius psalmus: Qui conuertit ma-
re in aridam. Omnes impi et pagani qui
crediderunt: mare erant: terra facti sunt: falsis
fluctibus primo steriles: postea iusticie fru-
ctu secundi. Qui conturbas fundum maris.
Sonu fluctuum eius quis suffereret.
Alioꝝ. t non habet.
Quid est quis suffereret: Quis habet suffereret so-
nu fluctuum maris: iussio es sublimitatu se-
culi: Sed unde suffererunt: Quia preparat mon-
tes in fortitudine sua. Quid ergo dixit: quis suf-
feret: hoc ait: Nos ipsi per nos ipsos suffereremus illas
persecutiones non possemus: nisi ille daret for-
titudinem: Qui conturbas fundum maris: sonu
fluctuum eius quis suffereret: **Turbabunt**
gentes: Primo turbabant: nulli montes
pati in fortitudine christi: nūquid turbati sunt?
Turbatum est mare: elatum est in motu: mare
fractu est: motes incōcussi manserunt. Tur-
babunt gentes. **Et timebūt oes:** Ecce
iam oes timet: antea quod turbati erant: timet iam
omnes. Non timuerunt christiani et timent iam
christiani. Oes qui prosequerantur non timet.
Supauit. non ille quod circumcisus est in potentatu:
sic ad illam venit ois caro: ut ceteri paucita-
te ipsorum iam timeant. Et timebūt oes. Qui
habitat fines terre: a signis tuis:
Miracula enim fecerunt apostoli: et ideo oes fines
terre timuerunt et crediderunt. **Exitus ma-**
ne et vespe delectabis. Id est delecta-
biles facis. Nam in ista vita quod nobis permis-
tit: Exitus mane et vespe delectabis. Sutori
tus mane: sutor exitus vespe. Mane significat
prosperitate seculi: vespe signat tribulationem se-
culi. Intendat caritas via. In utroque non te-
praf ala humana. Et prorsus: ne corrumpas.
Et aduersitate: ne frangas. Id est autem mane
prosperitate significat: quod mane letum est: trans-
acta velut tristitia noctis. Tristes autem sunt
tenebre veniente vespa: ideo veniente quod si mu-
di vespa: obtulit sacrificium vesperum. Non ergo

Psalmus

timeat vnusq[ue] vesp[er]ā: ne mane corrūpaf.
 Ecce nescio q[ui]s vt facias mali aliqd: p[ro]misit lucrū: mane est. Arridet tibi ampla pecunia: mane tibi sit. Noli corrūpi: et habebis exitū mane. Si em̄ habes exitū: nō capieris. Sic est em̄ p[ro]missio lucrū: quasi esca i muscipula. Loartaris: et nō ē quo exeras: caperis in muscipula. Dedit aut̄ tibi exitū domin⁹ deus tuus: ne lucro capiaris: cum tibi dicit in corde: ego sum diuitie tue: noli attendere q[ui] mūdus p[ro]mittit: sed q[ui] p[ro]mittit conditor mundi. Attende quod tibi p[ro]mittit deus faciēti iusticiā: et temne quod tibi promittit homo: vt abducatur iusticia. Noli ḡ attēdere q[ui] mūd⁹ p[ro]mittit: sed q[ui] cōditor mūd⁹: et habebis exitū mane p[er] domini verbū dicētis: Quid p[ro]dest homini si totum mundū lucref: anime autē sue detrimēti patiat̄. Sed ille q[ui] te promisso lucro corrūpere: et ad iniquitatē adducere nō potuit: minabat penas: et puertet se ad inimicitias: et incipit tibi dicere: Si hoc nō feceris: ego ostendā: ego faciā: habebis me inimicū. Primo cum lucrū p[ro]mittebat: mane tibi erat: modo iā vesperascit: factus es. Sed qui dedit tibi exitū mane: dabit et vesp[er]. Quō cōtempsti mane seculi ex luce domini: sic cōtemne et vesp[er]ā ex passiōnib⁹ dñi: vt dicas aie tue. Quid mibi amplius factur⁹ ē iste: q[ui] passus est p[er] me dñs me⁹ de⁹? Ut teneā iusticiā nō p[re]sentiam ad iniquitatē: seuiat in carne: frangat muscipula: et volabo ad dominū meū qui mibi ait: Nolite timere eos qui corpus occidunt animā aut̄ nō possunt occidere. Et de ipso corpe securitatē dedit dicens: Capill⁹ capitis vestri nō periet: Magnifice h[ab] posuit delectabis exitus mane et vespere. Si em̄ nō te delectet ip̄e exitus: nō laborabis exire inde. Quidam caput in lucrum: p[ro]missuz: si non te delectet p[ro]missio saluatoris: et rursus cedis temptati et terrenti: si non te delectet ille qui prior passus est: vt tibi exitū faceret. Exit⁹ mane et vesp[er]e delectab. Visitasti terraz et inebriasti eam. Unde inebriavit terraz: Lalix tuus inebrians q[ui] preclarus. Visitasti terrā et inebriasti eam: misisti nubes tuas: pluerūt p[re]dicatōez veritatis: inebriata est terra. Multiplicasti

Alija lfa.
 locupletare.
 Alija lfa.
 flumen.
 repletū.
 aquis.

ditare eam: Unde multiplicasti eam ditare: Flui⁹ dei replet⁹ ē aqua: Quid ē flui⁹ dei: Popul⁹ dei. Primus populus replet⁹ est: vnde cetera terra rigar. Audi illum p[ro]mittētē aquā: si quis sit

LXIII.

veniat et bibat: q[ui] credit in me: flumia aque viue de vētre ei fluent. Si flumia et vnus fluui⁹: quia ppter vnitatē multi vnu⁹ sunt: multe ecclēsie et vna ecclesia: multi fideles et vna spōsa christi: sic multa flumina et vnu⁹ fluui⁹. Crediderūt multi israelite: et impleti sunt spūsancto: inde diffusi sunt p[er] gentes ceperūt p[re]dicare veritatē: et de fluuio dei q[ui] implet⁹ est aqua irrigata ē tota terra. Parasti cibū illorū: q[ui] ita est p[re]paratio tua. Non q[ui] te p[ro]meruerūt quib⁹ peccata donasti merita illorū mala erāt: sed tu ppter misericordiā tuā: q[ui] in te est p[re]paratio tua: ita p[re]parasti cibum illorū. Vulcos ei⁹ inebria. fiat ergo primo sulci qui inebriant: duricia pectoris nostri aperiāt: vomere sermōis dei. Vulcos ei⁹ inebria. Multiplica generatiōes eius. Videlimus credunt: et ex credentib⁹ alij credunt: et ex illis alij credunt: et non sufficiat vni homini: vt factus ipse fidelis vnu⁹ lucref. Sic multiplicant et semē: pauca grana mittunt et segregates exurgūt. Vulcos eius inebria: multiplica generatiōes ei⁹. In stillicidijs suis letabit cū exoriet: In stillicidijs suis id est anteq[ue] sit forte idonea capacitate fluminis: cu[m] exoriet i stillicidijs suis: id ē sibi cōgruis letabit. Paruulis em̄ adbuc et infirmis stillant quedā de sacramētis: q[ui] nō possunt capere plenitudinē veritatis. Audi quomō stillat paruulis duz exoriant: id est in recenti ortu: minus capacib⁹ apostol⁹ dicit: Nō potui vobis loqui q[ui] spiritu libus: sed quasi carnalibus: quasi paruulis in christo. Cum dicit paruulos in christo: iam dicit exortos: sed nōdum idoneos ad capiendā illā vberem sapientiā de q[ui] dicit: Sapientiā loquimur inter pfectos. Letek in stillicidijs suis: cum exoriet et augef: robatur: capiet et sapientiā: quomō infans nutrif lacte et fit idoneus cibo: tamē primo de ipso cibo cui minus idoneus erat illi lac factum est. In stillicidijs suis letabit cum exoriet. Benedices coronaz anni benignitatis tue: Seminat modo: crescit q[ui] seminat: erit et messis: et modo super semē supseminauit inimicus zizania: et exorti sunt mali inter bonos pseudo christiani: similem habentes herbam: sed non parēm fructum. Etenim zizania illa: prie dilunc que nascunt in similitudine frumentorum: sicuti est lolium: sicuti est auena et cetera talia: que primā herbam prossus similem habent. Propterea de seminatione

Alija lfa.
 + quoniā.
 + eius.

Alija lfa.
 + Riuos.
 + genūmina.

Alija lfa.
 + eius.
 + germinās.

Alija lfa.
 + corona.

Psalmus

zizaniorū hoc dixit domin⁹: Ulenit inimic⁹
et supsemiauit zizania. Cum aut̄ creuisset
herba et fructum fecisset: tunc apparuerūt zi-
zania. Ergo venit inimicus et supsemiauit
zizania. Sed quid fecit trito: Non oppri-
mitur zizanijs frumentū: imo p̄ tolerantia
zizaniorū crescit fructus frumentorū. Ip̄e
enī domin⁹ dixit quibusdam operarijs vo-
lētib⁹ eradicare zizania: Sinite vtrac⁹ cre-
scere usq; ad messem: ne forte cū vultis era-
dicare zizania: eradicetis simul et frumen-
tū: sed in tpe messis dicam messorib⁹: Col-
ligite p̄mū zizania et alligate fasciculos ad
cōburendū: frumentū aut̄ recōdite in hor-
retū. Ille est finis anni: messis seculi. Be-
nedices coronā anni benignitatis tue. Lo-
ronā vbi audis: gloria victorie significat.
Vince diabolū: et habebis coronā. Bene-
dices coronā anni benignitatis tue. Rur-
sus cōmendat benignitatē dei: ne quisq; d-
suis meritis gloriet: Et campi tui reple-
bunt vbertate. Pinguescent fi-
nes deserti: et colles exultatiōe accī-
gent. Campi: colles: fines deserti: idem.
Ip̄i sunt homies. Campi: ppter equalita-
tem. Ergo ppter equalitatē: inde dicti sunt
cāpi populi iusti. Colles: ppter erectionē:
quia erigit in se deus eos q̄ se h̄uliant. Fi-
nes deserti: omnes gentes. Quare fines de-
serti: Deserti erāt: null⁹ ad eos ppheta mis-
sus erat: Sic erāt illi quō bcremus: qua nō
transit homo. Nullū verbū dei missū erat
ad gentes. Soli populo israel p̄dicauerūt
pphete. Ulenit est ad dñm: crediderūt fru-
menta in ip̄o populo iudeor̄. Hā dixit tunc
discipulis: Dicitis q̄r longe est messis respi-
cite et videte: q̄r albe sunt regiones ad mes-
sem. Fuit ergo messis p̄ma: erit secūda i vlti
mo seculo. N̄essis p̄ma de iudeis: q̄r mit-
tebantur ad illos pphete annūciantes ven-
turum saluatorē. Ideo dixit discipulis suis
domin⁹: Videte quia albe sunt regiōes ad
messem: regiones vtiq; iudee. Alij inq; la-
borauerunt: et vos in eorū labores intrast.
Laborauerūt pphete vt seminarent: et vos
cum falce intrastis ad aliorū labores. Fa-
cta est ergo prima messis: et inde de ip̄o fru-
mento qđ tunc purgatu⁹ est: seminatus est
orbis terrar̄: vt surgat alia messis que in si-
ne metenda est. In secūda messe supsemi-
nata sunt zizania: modo hic laborat. Quo
modo in illa prima laborauerūt pphete: quo
usq; veniret domin⁹: Sic in ista secūda la-
borauerunt apostoli: et omnes p̄dicatores.

*Alia lsa.
t speciosi.*

LXV.

veritatis laborant: quo usq; in finem domi-
nus mittat in messem angelos suos. Antea
ergo desertum erat: sed pinguescent fines
deserti. Ecce vbi pphete nō sonuerūt: do-
minus pphetaꝝ acceptus est. Pinguescent
fines deserti: et exultatiōe colles accingent.

Induti sunt arietes ouī: Subau-
diendū exultatione. Quia enī exultatione
colles accingent: hac induūt arietes ouī.
Ip̄i arietes: qui colles. Colles enim: emi-
nentiore gratia. Arietes: quia duces gre-
gum. Arietes ergo apostoli induti sunt ex-
ultatōe: gaudent fructibus suis: non sine
causa laborauerūt: nō sine causa p̄dicau-
runt. Induti sunt arietes ouī. **E**t **cō-**
*Alio lat.
valles abūdabunt frumento.*
tu miles populi multū fructū afferent. Cla-
mabunt. Inde abundabūt frumento: q̄r
clamabūt. Quid clamabūt: Etenī hym-
nu dicēt. Alio ē. n. clamare aduers⁹ dñi:
aliud hymnū dicere: aliud clamare sacrile-
giū: aliud clamare laudes dei. Si clamas i
blasphemia: spinas p̄tulisti. Si clamas in
hymno: absidas frumento.

Explícit Tractatus de ps. LXIII.
Incepit Tractatus de ps. LXV.

Iscríbis in titulo psalm⁹ iste. In
fine: canticū psalmi resurre-
ctionis. In fine cum auditis q̄i
psalmi, p̄ficiant: in christi intelligite: dice
te apostolo: Finis enī legis christus ad iu-
sticiā om̄i credēti. Quō ḡ hic cantet resur-
rectio: et cui⁹ resurreccio: quātū ip̄e apire et
donare dignatur: audieti. Resurrectionē
enī christiani nouimus in capite nostro iaz-
factā: et in membris futuram. Caput ecclē-
sie christus ē: mēbra christi ecclia. Qd̄ pre-
cessit in capite: sequit in corpe. Hec ē spes
nostra: ad hoc credimus: ad hoc duram⁹
et p̄seueramus in tanta malignitate hui⁹ se-
culi: solante nos spe: anteq; spes fiat res.
Res enī erit cū et nos resurrexerūt: et i ce-
lestē habitū cōmutati equales angelis sa-
cti fuerimus. Quis hoc sperare auderet:
nisi veritas p̄mitteret: Hanc aut̄ spem p̄-
missam sibi iudei tenebant: et de bonis: et
de quasi iustis operibus: multum gloria-
bant quod acceperāt legem sīm quā riuē-
do: et hic haberet bona carnalia: et in resur-
rectione mortuorū talia sperabant de qua-
lib⁹ hic gaudebat: Propterea saduceis q̄
negabant futuram resurrectionē: iudei re-
spondere nō poterant p̄ponenibus que-
stionem quā dño p̄posuerūt idem saducci.

IExposit
Abilat de
terra: Hō ergo
te fratres quē